

Sermo

rationis. ubi eandem ante oculos mentis po-
sitam semper valeas meminisse. Hinc est quod
illam fidem dispensationem cum electis et di-
lectis suis dominus frequenter actitat. ut quanto
altius in gratiis et contemplationibus subleuatur.
tanto turpioribus et vilioribus reparationibus
humiliantur. hinc **Gre.** Sancti viri qui sub-
leuante spiritu ad summa rapiuntur quod diu in
hac vita sunt. ne aliqua elatione superbiant
quibusdam temptationibus reprimuntur sic
quod sit certo moderamine ut unusquisque san-
ctorum interiorius ad summa rapiatur. et tamen
adhuc repletur exteriorius. sicque magno ordine
agnoscimus quid in interiori profectu acci-
pimus et in exteriori defectu quid sumus et mi-
ro modo agitur ut nec de virtute quisquam extol-
li debeat. nec de reparatione desperet. quod dum
spiritus sursum trahit. et caro retrahit. subtilis-
simo interim iudicis moderamine infra su-
ma et super infima in quodam medio anima
liberatur. quod cognoscentes viri spirituales quon-
to altius proficiunt. tanto humiliando se
deiciunt dicente beatus. Perfecti quique et spi-
rituales cum ad robur et firmamentum virtutum
perueniunt. premunt se semper et deiciunt in id
quod incipientium esset inde infra se descendunt
inde supra se ascendunt et humiliando se pro-
ficiunt. non arbitantes negligendam scientiam
voluntarie subiectionis. vsque socialis
vite et dulcedine fraternae caritatis. et dulce
fit eis cohumiliati summe maiestati. pro pau-
peri filio dei pauperi domine sapientie conformari.
hoc sententiis in seipis quod et in christo iesu. hic
surgit in eis illa sapientia. amor cum timore
et exultatio cum tremore. **His** itaque copletis.
Quarto predictis annectitur et feliciter con-
cluditur. **Sequere me.** Ac si dicat angelus
qui in predictis profectibus vite humane con-
cluditur. huic quod reliquum est dicitur. **Se-
quere me.** angelicam vitam tene. **Domine** autem an-
geli tria exercitia seque purgare. illuminare. per-
ficere. Sic qui vsque huc perueniunt. habent an-
gelicam vitam in se transfigurant. **Domine** enim pec-
catores orationibus et persuasionibus purgare
bonos iam in melius proficientes exemplo illumi-
nare seipso perficere. hoc est domine conari ad hoc
ut perfecti fiant. **Licet** enim iam perfecti sint nun-
quam tamen domine se ita perfectos iudicare ut perfecti

ores fieri non possint. sed semper ut in melius
proficiant conari fideliter dicentes cum paulo.
non quod iam apprehenderit aut perfectus sim
sequar aut si forte apprehendam. hinc leo pa-
pa. hoc est iustorum perfecta iusticia ut nunquam
arbitrentur se perfectos. sed semper de his in
que perueniunt ad ea ad que nondum pue-
nerunt pia auiditate prestant. sic itaque imi-
temur apostolum petrum ut cum eo de cathenis ad re-
gnum perueniamus. sic enim dicitur **Eccle.** de carce-
re cathenisque interdum quis egreditur ad re-
gnum. adiuuante iesu christo.

De sancto domino sermo. LXI.

Qui custos est do-
mini sui glorificabitur. puerbi.
proph. di. **Beatus.** Magna nobis custodia ne-
cessaria est. quia ante oculos agimus iudicis.
cuncta cernentis. **Et** ergo hoc thema propo-
situm cum nomine huius sancti. scilicet domini conueniat.
placuit hoc verbum assumere. ut ratione nois-
quam thematics de custodia que omni statui om-
ni etati. omni homini necessaria est. occasionem lo-
quendi congruam haberemus. **Spiritus** enim san-
ctus qui huius sancti fidem custodiam co-
gnouit affuturam hoc ei nomen imponi propterea
disposuit. ut qui suam fidem habet in
tempore custodia in vite veritate. haberet etiam ex
nomine pietatem. **In** verbis ergo propo-
sitis duo tanguntur. scilicet sancta custodia et immu-
nerationis gratia. **Primum** ibi. qui custos est
domini sui. secundum ibi. glorificabitur. **Verum**
quia nullum genus sanctitatis repente acci-
gitur. sed ad illud quasi quibusdam gradi-
bus peruenitur. **Ideo** sciendum quod gloriosus
iste sanctus ascendendo et proficiendo. quique ha-
buit custodiam. **Primo** enim custodiunt in-
nocentiam. **secundo** preceptorum obedientiam
am. **tercio** consiliorum eminentiam. **quarto** promissos
per fidelem diligentiam. quanto custodiunt dei
amicitiam. ex quibus omnibus tandem meruit sublimis
glorificari. **Primo** sanctus iste a puerilibus annis
incipiens custodiuit omni sollicitudine innocentiam
caues et longe a se facies omnia que sua possent
innocentiam obscurare. **Innocentiam** dico
quam in sacro baptismo contulit ei deus.
siue ergo mundus impulsaret. caro traheret.
dyabolus infestaret. **viriliter** restitit

nit di-singulis et omnibus illud **Job. xliij.**
Donec deficiam non recedam ab innocen-
 tia mea. iustificationem meam quam tene-
 re cepti non deseram. **Si** quis de pulvere
 humane respectationis sine quovix aut nemo
 vivere poterit irrepserit. statim per supero-
 gationem satisfactionis hoc modicum quod
 inquit penitus exufflauit. **Ad** quam conser-
 uandam duo sunt necessaria. scilicet princi-
 pium repressio et actionum elongatio. **De** pri-
 mo **Re. i.** de dauid dicit philistei. **Quomodo**
 potest melius placare dominum suum quam in ca-
 pitulo nostris. de secundo **Sara** dicit thobie
Hunc cum ludentibus miscui me. nec cum
 his qui in leuitate ambulant participem me
 prebui. et sequitur. **Ideo** mundam seruauim
 animam meam ab omni concupiscentia. **Se-**
 cundo cum tempore infantie pertransisset. et ad an-
 nos discretionis quo bonum a malo discerne-
 re potuit peruenisset. cepit. sollicitate custodire
 mandatorum obedientiam. cauens prohibita et
 operans que precepit deus in utroque de con-
 tingentibus nil obmittens. ita ut veraciter de
 eo dicatur illud **Eccles. xliij.** non est inuen-
 tus similis illi qui confuaret legem excelsi.
 nam sicut **ed. 45. d2.** Dedit illi deus cor ad pre-
 cepta et legem vite et discipline. et iterum. **De-**
 dit illi in preceptis altissimi potestatem. ut si-
 ducialiter gloriari potuerit et dicere illud **Job**
xliij. Vestigia eius secutus est pes meus. vi-
 am eius custodiui nec declinaui ex ea a man-
 datis labiorum eius non recessi. et in sinu meo
 abscondi verba oris eius. **Verum** quod obfua-
 tio mandatorum ad perfectionem hominem non
 adducit. **Iuxta** illud apostoli **hebreorum. vij.** Mi-
 bil ad perfectum adduxit lex. et illud **Gal.**
ij. Non iustificabitur homo ex operibus le-
 gis. ideo gloriosus iste custos prioribus non con-
 tentus. ulterius se extendit. **Tercio** ergo cu-
 stodit preceptorum eminentiam. ut non solum prece-
 pta perficeret sed etiam precepta adimplebat.
 aduertens subtiliter que consilia deus consi-
 liari in sacra scriptura proponeret adimplenda
Que licet multa sunt. **Et** tria tamen pre-
 cepta ad statum huius sancti proprie pertine-
 ntia aliquoties hic tangemus premitentes primo
 quid sit preceptum et quomodo differat a preceptis **Est**
 autem preceptum persuasio melioris boni quam prece-

pra pertineat ad quod necessario non obligamur.
Differunt autem precepta a preceptis. quia ad prece-
 pta necessario obligamur ad precepta vero non. quia
 precepta sunt necessitatis. precepta vero voluntatis
Ite lex vetus dat precepta. euangelium vero per-
 suadet. et supradedit precepta. **Sunt** autem tria con-
 silia ut predicimus proprie ad religiosos per-
 tinentia. scilicet paupertatis. castitatis. et abdicatio-
 nis voluntatis. que tria singulariter dispo-
 nunt hominem ad perfectionem vite. **In** quibus
 tribus iste sanctus se sublimiter impendebat.
Nam de primo consilio paupertatis loquitur dominus
 mathei. **xix. di.** Si vis perfectus esse veni et vende
 de omnia que habes. et da pauperibus. et veni sequere me.
Ite **Lu. xiiij.** Nisi quis renuntiauerit omnibus
 que possidet. non potest esse meus discipulus. **De**
 secundo consilio castitatis proponit iterum dominus mat-
 thei. **ix. di.** Sunt eunuchi qui se castrauerunt prope-
 regnum celorum. **Ite** mat. **v.** Audistis quia dicitur
 est antiquis non mechaberis hoc est preceptum
 ego autem dico vobis. **Qui** viderit mulierem
 ad concupiscendam eam iam mechatus est eam in
 corde suo. hic ostenditur quod non solum danna-
 bilis est sensus ad opus mechie. sed etiam con-
 sensus in delectatione. unde apostolus. **i. Corinth.**
vij. di. De virginibus preceptum domini non habeo.
 preceptum autem dico. **De** tercio consilio. scilicet obedientia
 iterum dicit dominus **Luce. ix.** Si quis vult veni-
 re post me abneget semetipsum hoc est proprie
 voluntatem resignet. **Hec** tria precepta proprie pri-
 nent ad religiosos et denudant hominem ab
 omnibus que habet vel habere potest. scilicet a rebus.
 corpore et anima. **Hec** tria possidet omnis homo.
A rebus denudamur pro paupertate. corpore re-
 nuntiamus pro castitate. animam resigna-
 mus dando propriam voluntatem. et quia iste san-
 ctus non solum fuit in perfecto statu religionis
 sed etiam religionis institutor et custos. ideo hec
 tria precepta in vita sua in summa perfectione
 persuabat et fideliter custodiebat. **Verum** quia de-
 us cuius gaudium est fortitudo nostra. hunc suum
 custodem in sua custodia fidelem inueniebat.
 ideo commisit sibi thesaurum suum quia proprio sangui-
 ne cariore habuit animas vicem fidelem custodien-
 das dicens ei quod proprio pastori pater et custodi
 dixit petro. **si** diligis me pasce oves meas. **Quar-**
 to ergo custodiuit premissas sibi animas per fidelem
 diligentiam. dignum quippe dominus iudicavit ut

Sermo

qui domui sue hoc est custodie pprie vite taz
fidelis custos extiterat. non sub modio sz su-
per candelabru poneretur vt omnibz qui in
domo dei. i. in ecclesia essent luceret. Si em
magnum est vt quis super homines popula-
res. qui quasi brutis animalibz assimilatur
constituatur custos. qz magnuz est vt qs sit
tam magnus et ydoneus. qz custos super ali-
os custodes pstruatur. vt sicut quedaz scri-
pta dicta sunt cantica canticorum eo qz sua
dignitate singulari cuncta alia cantica ante-
cellant. sic dñicus dicitur custos custodi
eo qz virtute et vite sanctitate alijs custodi-
bus preferatur. vt merito ei illud Esa. li. va-
nicinium applicetur cum dicit. **Erit in no-
uissimis diebus preparatus mons domus
domini in vertice montium et eleuabitur su-
per colles et fluent ad eu oēs gentes et ibunt
populi multi et dicent. Venite ascendam?
ad montē dñi et ad domū dñi iacob et docebit
nos vias suas et ambulabim? in semitis ei?
Quid per nouissimos dies. nisi tempus de
quo dicitur Luce. xiiij. Misit seruū suū sci-
licet dñicum hora cene. de quo iohā. j. Fili-
oli iam nouissima hora est in quo tempore
preparatus est mons. scilicet dominicus pro-
pter vite eminentiam. domus domini id est
ordinis predicatorum. qui ordo iuste dom?
dñi dicitur. in quo ordine omnia que agun-
tur in celis suo modo acritantur queris qd.
Vacate deo. laudare deum. contemplari d-
um. frui deo. que vt ait bern. cuz fideliter ce-
lebantur in cellis audeo dicere angeli dei i-
mo angeloz dñis cellas amant p celis et eq-
delectantur in cellis vt in celis. iuxta illud
delitie mee sunt esse cum filijs hominū. **Se-
quitur in vertice montium. qz sanctus dñi-
cus iam in dñs preparatus positus est super
verticem montiū. i. super capita prelatoz
ordinis sui vt sit mons montiū sicut deus ē
deus deozum. sequitur **Et eleuabitur super
colles. i. super simplices professoz ordinis
sui. Qui licet sint inferiores respectu superi-
ozum. habēt tamē et ipsi ad hoc altitudinez
respectu inferioroz sz simplicium ppter vorū
sicut colles altitudinē habent super terram
Sequitur et fluent ad eum omnes gentes.
quia tota dei ecclesia ad eos tanqz ad preci-******

pua luminaria pfluit vt ab eis audiant ver-
bum dei. **Sequitur et ibunt populi multi
et dicent venite et qz gustato ab eis vbo vi-
te dicunt. Iuvenes et ygines senes cum iu-
nioribz venite et ascendamus per professioz
ad vitā et ordinē istoz. et docebunt nos vias
suas. et ambulabimus instructi ab eis in se-
mitis eius. hoc est in arta via ipoz. que re-
cto itinere ducit ad deum. **Hunc autē thesau-
rum. i. pmissas animas repliciter custodi-
nit. scz vbo predicatiois instantia orationis.
exemplo edificationis prosequere vt potes. **Quinto dicitur est iste sanctus dñic?
id est dñi custos. quia affectuose custodiuit
dei amicitiam. qd iustum hz ordinē ad pre-
dicta. **Cum enī in supsius et proximi custo-
dia inuētus sit fidelis ideo sibi dei amicitia
tanqz maior thesaurus custodiendus pmit-
titur. per quā custodiā iterū ad maioris san-
ctitatis gratiā promouetur. qz ex dei amici-
tia pullulat omne bonū. cuz em de hac amici-
tia allectus pnuie sit nobiscū erūt omnia sua
nostra et nostra sua. **Et ex hac pnuione no-
stra erūt sibi acceptabiliora. et ex suis parti-
cipatis erimus diuiores. vt pidenter dicere
possimus qd naturalis filius dixit ad patrē
Omnia mea tua sunt et tua mea sunt. **banc
etiam amicitiam sanctus dominicus per ti-
plice diligentia custodiuit. **Primo quia ca-
uit offensiones. frequētauit visitatōes ape-
ruit deo secretas reuelationes. **In his enim
tribz inter homines amicitia nutrit. quādo
enim homines cauēt se mutuo offendere et
incipiunt frequēter se visitare et secreta sua
sibi inuicē reuelare. ex his amicitia pseruat.
et pseruata augmentatur **Sic custos domini
sanctus dñicus dñi amicitiam custodiuit ca-
uens omniū dei offensam. et cū hoc deuz su-
is meditationibz. orationibz intimis cogi-
tationibz frequēter immo continue vilitans
secreta sua per intimā viz pteplationis hoc
est medullam intime deuotionis pteplado
reuelauit. **Nam de primo dicit proverb. xvij.
Qui celat delictū querit amicitia. **Ille enī
celat a deo delictū qui nō facit illud. qd emz
agitur. deo celari nō potest. de secundo Ec-
xvij. **Que illoz corā illo sunt sp. de tercio dicit
Bern. **Flagrans amor diuinus cū se intra**************************

se cohibere non potest non attendit quo or-
dine qua lege verborum ebulliat. interdum
nec verba requirit. interdum nec voces solis
cōsentus suspirijs. De hac amicitia di. Ec.
xlviij. Beati qui in amicitia tua decorati sūt
Quare. qz. vt dicitur Sap. viij. In amici-
tia illius delectatio bona est. Si ergo cū bea-
to dominico cupimus celestis regni gloriaz
possidere studeamus eum in suis custodijs
fideliter imitari. Nam de eisdem etiaz hoz-
ratur nos dñs in scriptura. et primo de pria
custodia. deute. iij. vbi dicitur. Custodi tes-
ipsum et animā tuā sollicitē et iterum in ps.
Custodi innocentiam et vide equitates. De
secundo iterum dicitur Deute vt supra Cu-
stodite mandata domini dei vestri que ego
precipio vobis. De tercio dicitur prouerbi.
Fili mi custodi precepta mea atqz consilia.
De quarto Jere. xxi. Custodite qsi pastoz
gregem de qua malach. Et custodite spiri-
tum vestrum. Ad quā nos perducit.

LXII. De eodem sermo. II.

Quicumqz hono-
rificabit me glorificabo eum. i. Re-
gum. ij. **E** dicit Gre. Ille deum vera-
citer honorat qui interiorē suum hominē
qui ad imaginē dei factus est a peregrinis
passionibus custodit. et in exterioribus aci-
onibus deum hominē fideliter imitatur. cui
coniungit Bern. Dignus plane debet glifi-
cari qui deum in vita sua studet imitatio ho-
norare. Expedita ergo vna particula qua in
precedenti sermone visum est quanta sollicitu-
dine beatus dñicus deū in suis custodijs ho-
norauit. in quibus consistebat eius meritum.
Nunc dicendum est in quanta gratitudine
deus ipsum glorificauit in qua persistebat ei
premiū. vtrūqz istorum in vtroqz tangitur
thematē. Nam primū tangitur in hoc qd in
primo themate dicebatur. Qui custos ē do-
mini. et in isto themate cum dicitur. Quicū-
qz honorificauit me. Scdm in eo qd diceba-
tur glorificabitur. et in isto cum dicitur glo-
rificabo eum. Sciendum ergo qd deus glo-
riosum suū custodem tripliciter glorificauit
lq per vite sanctificationē sobolis ppagatoz
et vtriusqz eternā glorificationē. Primo di-

co glorificauit deus dilectū suum custodem
per vite sanctificationē. ipsum coram deo et
hominibus sanctificans in hac vita. In qd sta-
tu dedit deus sancto suo triplicē gloriā. scili-
cet gratiosam puerfationē. omnium petitorū
exauditionē. miraculorum dōusificationem
per que tria vite eius sanctitas pprobat. **P**rimo dico dedit ei deus in hac vita gratiā
deū et hominibus puerfationē. vt quocūqz se
conuerteter gratiā apud deū et homines in-
ueniret. vt merito de seipso dicere possit illd
Sap. viij. Habeo claritatē ad turbas et ho-
nozē apud seniores. et in conspectu potentū
amirabilis et facies principū mirabūtur
me tacentē me sustinebūt. loquētē me respi-
ciunt. smotōnate me plura. manus suas ori-
suo imponēt. Ita vt omnes puerfationē ei
videntes ammirabūtur dicētes qd non lon-
ge subditur. Non habet amaritudinē puer-
fatio illius nec redium puictus illius. hoc ē
enī initiū sanctitatis nullum scandalizare.
sed per puerfationis disciplinā omnes edifi-
care. vnde Bern. Cui omniū gratia et ne-
mini onerosa est cōuersatio. huic sine dubio
de ppria salute vniuersa multitudo pside-
riū attestatur. In omni ergo puerfatione
tua si imitari volueris sollicitus sis obserua-
re vias tuas. et in conspectu proximi caueti-
bi a peccato et illi a scandalo. Scdm signū
sue sanctitatis qd accepit a dño fuit omnium
petitionū exauditiō. quod aperte legit in le-
genda sua. Sic enim ibidem dicitur. Fate-
or tibi prior qd tamē adhuc nulli vnqz expo-
sui. nec tu alteri qd diu vixero et uelabis. qd nū-
qz aliquid in hac vita a deo petij qd nō asse-
queter iuxta votum. qd reuera signū est ma-
xime sanctitatis. Quis enim vnqz in hac vi-
ta positus omnia que a deo petijt impetra-
uit. et qd maius ē. quis vnqz tā perfecte dis-
cretionis spiritum accepit a dño. vt nunqz tā-
lia peteret que dñs nec vellet nec deberet ali-
qualiter nō exaudire. Petijt paulus vas e-
lectōnis a se carnis stimulū ammoueri. nec
qd postulauit impetrauit. quia licet ad utili-
tatem exauditus fuerit. non tamē ad volun-
tatē sed audire meruit. tanqz non exauditus
Saul sufficit tibi gratia mea. Vnd magis
mirandum est de spiritu discretionis qm d
E